

## El dios Vulcano<sup>1</sup>

Vulcanus fuit filius Iovis et Iunonis qui a parentibus ob deformitatem caelo  
praecipitatus et deiectus est in Lemnum insulam. Inde claudus factus est. Nymphae  
eum excepérunt et aluerunt et puerum ferrarii officium docuerunt.

Deus ignis et fabrorum praeses putatur<sup>2</sup> et fingitur etiam faber deorum qui Iovi fulmina  
et ceteris deis arma adversus<sup>3</sup> Gigantes fabricavit. **Is Venerem uxorem duxit<sup>4</sup>** sed,

**Venere in adulterio cum Marte deprehensa**, amantes colligavit et omnibus deis  
vinctos<sup>5</sup> ostendit.

---

<sup>1</sup> Atención a los complementos predicativos, porque hay muchos.

<sup>2</sup> El sujeto sigue siendo *Vulcanus*.

<sup>3</sup> *adversus*: preposición

<sup>4</sup> *aliquem (Venerem) uxorem ducere*: comprobar la traducción de esa expresión en el diccionario.

<sup>5</sup> *vinctos*: predicativo de *amantes*.